Ob 12-2860

1887/88 W.

SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica Kopernikańska w Toruniu
SCHULPROGRAMME

INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER HIEMEM

A DIE XV. OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXXVII
USQUE AD DIEM XV. MARTII ANNI MDCCCLXXXVIII

INSTITUENDARUM.

PRAECEIT **PROF. DR. WILHELMI WEISSBRODT** DE CODICE CREMIFANENSI MILLENARIO ET DE FRAGMENTIS EVANGELIORUM VINDOBONENSIBUS N. 383 (SALISB. 400), NORIMBERGENSIBUS N. 27932 COMMENTATIO. PARTICULA I.

BRUNSBERGAE, 1887.
TYPIS HEYNEANIS (R. SILTMANN).

LYCEI REGII HOSIANI H. T. RECTOR

D^R. HUGO WEISS,

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

KSIĄŻNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

Bibliothek
des
Coppernicus-Vereins
zu THORN

1943:202

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS
RECTOR ET SENATUS
CIVIBUS SUIS
S.

De codice Cremifanensi Millenario et de fragmentis evangeliorum Vindobonensibus n. 383 (Salisb. 400) Norimbergensibus n. 27932 commentatio.

Particula I.

Codex Cremifanensis Millenarius, multis ille nominibus insignis, quam diligenter exaratus sit, iam primo obtutu ex eo apparet, quod librarius, ubicunque in extremis versibus timebat ne spatium deficeret, non quocunque modo hic illic ex re se expedivit, sed uncialium litterarum loco capitalibus quibusdam usus est. Nimirum ut unam potissimum litteram nominem, quam illam ob causam saepissime adhibuit, E capitalis multo altior est, quam latior, cum E uncialis spatium fere quadratum, amplius id quam capitalis, expleat, idemque in ceteris utriusque generis litteris observatur.

Neque tamen scripturae variationem ad unius librarii usum rettulerim. Fragmenta enim Vindobonensia 383 (Salisb. 400) eandem spatii rationem habent. Cui ea saeculo tribuenda sint, hic non diiudico; immo plures libros eam ob causam examinandos esse puto.

Idem ille codex Millenarius Cremifanensis praefationes evangeliorum, quas antehieronymianas esse in indice scholarum aestivalium huius anni demonstrare studui, et capitulationes, quas inferioris aetatis esse liquet, eadem litteratura capitali exhibet.

Quocum de litteratura ista plane consentiunt fragmenta Norimbergensia, quae in museo Germanico asservantur; in extremis versibus et uno alteroque loco ante extremum in contextu evangeliorum, in praefatione et capitulatione evangelii Iohannis constanter utuntur capitalibus litteris, uncialibus in reliquis partibus. Quamquam de aetate definire nondum ausim. Prius enim viri docti malim definiant de aetate accentuum quorundam, quos in fragmentis Norimbergensibus deprehendere visus sum locis hisce: fol. 2 a col. I. v. 20 in vocula AN; fol. 13 a col. I. v. 7 in pronomine SE; fol. 4 b col. II. v. 9 in praepositione A; fol. 22 b col. I. v. 14 in interiectione O.

Sickelius Vindobonensis me humanissime edocuit, iam in Libro Diurno accentus inveniri. Sed quando ea scribendi ratio media aetate primum inventa sit, nondum indagatum esse videtur. Hoc unum video, non modo complurium saeculorum intervallo distare eam a Romanorum consuetudine in monumentis epigraphicis observatam, sed etiam per se diversam fuisse. Nam accentus istos sive apices in inscriptionibus nullos vidi post Gallieni aetatem scriptos. Cf. C. I. L. V. 857, qui titulus in honorem Saloninae, Gallieni uxoris, positus habet in vocalibus *a* in *ae*, in *a* pura, in *o* et *e*, in verbis *Saloninae, sanctissimae, patriae, castrorum, Diocletianus;* libri autem scripti *) aut semper aut tantum non semper monosyllaba ita insigniunt, neque productas tantum syllabas, verum etiam breves.

Sed priusquam eam rem persequeremur, visum est textum Norimbergensem cum iisdem codicis Cremifanensis partibus conferre. Littera C signavi Cremifanensem, A codicem Amiatinum (ed. Tischendorf), V nostram Vulgatam, T textum graecum editionis Tischend. VIII. crit. maioris; ubi nihil de Vulgata adnotavi, Cremifanensis et Norimbergensis cum ea consentiunt.

*) Dignus est qui etiam in hoc genere primo loco nominetur codex Dresdensis bibliothecae Regiae publicae A 63, ex quo enotavi haec: *te, se, tu, os (oris), re, cor, par, aes, vis (velle), da, es (esse), bis, ter, an, ac.*

Fragm. Norimb. fol. 1 pag. 1.

(Lc. 5. 19) cum lecto in
medium ante
Iesum. (20) quorum
fidem ut uidit,
dixit: homo,
remittuntur
tibi peccata tua,
(21) et coeperunt
cogitare scri
bae et phari
saei in cordibus
suis dicentes:
quis est hic qui
loquitur blas
phemias?
quis potest di
mittere pec
cata nisi solus
Deus? (22) ut cogno
uit autem Iesus
cogitationes
eorum, respon
dens dixit ad
illos: quid
cogitatis in
cordibus ues
tris? (23) quid est
facilius dicere:
dimittuntur
tibi peccata tua,
an dicere: surge
et ambula?
(24) ut autem scia
tis quia filius
hominis potes
tatem habet
in terra dimit
tere peccata:
ait paralytico:
tibi dico, surge,
tolle lectum
tuum et uade
in domum tuam.
(25) et confestim
surgens coram
illis tulit in
quo iacebat,
et abiit in domum
suam magnifi
cans Deum.
(26) et stupor ad
praehendit
omnes, et mag
nificabant Deum.

21. *in cordibus suis* C, omittunt AVT. 23. *tua* CT, om. AV. 24. *potestatem habet* CAT, *habet potestatem* V, *dimittere* CA, ut T ἀφιέναι, *dimittendi* V. 25. *surgens* CA, *consurgens* V. *in quo* CAT, *lectum in quo* V. 26. *adpraehendit* C.

Fol. 1 pag. 2.

(Lc. 5. 26) et repleti sunt
timore dicen
tes, quia uidi
mus mirabilia
hodie.
(27) Et post haec
exiit et uidit
publicanum
nomine leui
sedentem ad
theloneum,
et ait illi:
sequere me,
(28) et relictis om
nibus surgens
secutus est
eum.
(29) et fecit ei con
uiuium mag
uum leui in do
mo sua,
et erat turba
multa publi
canorum
et aliorum, qui
cum illis erant
discumbentes,
(30) et murmurabant
pharisaei et
scribae eorum,
dicentes ad
discipulos
eius: quare
cum publica
nis et pecca
toribus man
ducatis et bi
bitis?
(31) Et respon
dens Iesus dixit
ad illos:
non egent qui
sani sunt
medicum,
sed qui male
habent,
(32) non ueni uoca
re iustos, sed
peccatores
in paenitentiam.
(33) at illi dixerunt
ad eum:
quare discipu
li iohannes

27. *theloneum* C. 31. *medicum* C, *medico* AV. 32. *in* CAT, *ad* V. 33. *at* in rasura; videtur *ad* fuisse; *at* C; *iohannes* C.

Fol. 2 pag. 1.

. . . .
. . . .
(Lc. 6. 7) ut inuenire . .
unde accusa
rent illum.
(8) ipse uero scie
bat cogitatio
nes eorum
et ait homini,
qui habebat
manum aridam:
surge et sta in
medium.
et surgens ste
tit. (9) ait autem
ad illos Iesus:
interrogo uos,
si licet sabba
tis bene facere
an male,
animam saluam
facere an per
dere. (10) et circum
spectis omni
bus illis in ira
dixit homini:
extende manum
. . . .
. . . .
. . . .
(11) . . . manus eiu.
ipsi autem rep . . .
ti sunt insipie.
tiam et con
loquebantur
adinuicem,
quidnam face
rent Iesu.
(12) Factum est au
tem in illis die
bus exiit in
montem ora
re et erat per
noctans in ora
tione dei,
(13) Et cum dies
factus esset,
uocauit ad se
discipulos su
os et elegit
duodecim ex
ipsis, quos et
apostolos
nominauit,

7. *illum* CA, *eum* V. 10. *omnibus illis in ira* C, *omnibus* AV. 11. *insipientiam* C, *insipientia* V, *conloquebantur* C. 13. *ad se* C, om. AV, *T.* προσεφώνησεν.

Fol. 2 pag. 2.

. . . .
. . . .
. . . .
(Lc. 6. 14) . . . . eam fratrem
eius iacobum
et iohannem,
philippum et
bartholome
um, (15) matthe
um et thomam,
iacobum alphei
et simonem
qui uocatur
zelotes,
(16) iudam iacobi
et iudam scari
oth, qui fuit
proditor.
(17) Et descendens
cum illis ste
tit in loco cam
pestri,
et turba disci
pulorum eius
et multitudo
copiosa plebis
ab omni iudaea
. . . .
. . . .
(17) et maritima
et tyri
et sydonii,
(18) qui uenerant
ut audirent eum,
et sanarentur
a languoribus
suis, et qui uex
abantur ab spi
ritibus inmun
dis, curabantur,
(19) et omnis turba
quaerebat eum
tangere,
quia uirtus de
illo exiebat,
et sanabat
omnes.
(20) Et ipse eleua
tis oculis in dis
cipulos suos
dicebat:
beati pauperes,
quia uestrum
est regnum Dei.

14. *bartholomeum* C. 15. *matheum* C, *alphei* C. 16. *et iudam iacobi* VT, om. *et* AC, *scarioth* C, *scariot* A, *Iscariothem* V. 17. *hierusalem et trans fretum* C, quod etiam in Norimb. fuisse videtur. *sidonii* C. 18. *ab* C, *a* AV, *inmundis* C. 19. *exiebat* CA, *exibat* V.

Fol. 3 pag. 1.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
(Lc. 6. 21) Beati qui nunc
fletis, quia
ridebitis.
(22) Beati eritis,
cum uos ode
rint homines,
et cum separa
uerint uos
et exprobraue
rint et eiece
rint nomen
uestrum tam
quam malum
propter filium
hominis.
(23) gaudete in illa
die et exulta
te: ecce enim
merces ues
tra multa est
in caelo.
secundum
haec denim fa

. . . .
. . . .
(24) Verumtame.
uae uobis diui
tibus quia ha
. . . . . . s consola
tionem uestram.
(25) uae uobis, qui sa
turati estis,
quia esurietis.
uae uobis qui ri
ditis nunc,
quia lugebitis
et flebitis.
(26) Vae cum bene
dixerint uobis
omnes homi
nes. secundum
haec faciebant
pseudopro
phetis patres
eorum.
(27) sed uobis dico
qui auditis:
diligite inimicos
uestros,
bene facite his

22. CAT *cum separauerint uos et* om. V. 22. C *eicerint*, idem *probter*. 25. C *riditis*. 26. A *bene vobis dixerint*, CAT *omnes;* om. V; CA *haec faciebant*, VT *enim*, A *prophetis* solus.

Fol. 3 pag. 2.

. . . .
(Lc 6. 28) ledicentibus
uobis. et ora
te pro calum
niantibus uos.
(29) Et qui te percu
tit in maxillam,
praebe et alte
ram, et ab eo,
qui auferet
tibi uestimen
tum, etiam
tunicam noli
prohibere.
(30) omni autem
petenti te tri
buae; et qui au
feret, quae
tua sunt, ne
repetas.
(31) Et prout uul
tis ut faciant
uobis homines,
et uos facite
illis similiter.
(32) Et si diligitis

. . . .
. . . .
uo . . . .
tia, nam et pec
catores dili
gentes se dili
gunt.,
(33) et si bene fece
ritis his, qui uo
bis bene faci
unt, quae uo
bis est gratia?
si quidem et
peccatores
hoc faciunt.
(34) et si mutuum
dederitis his,
a quibus spera
tis recipere,
quae gratia est
uobis?
nam et pecca
tores peccato
ribus feneran
tur, ut recipi
ant aequalia.
(35) uerumtamen

28. *et* CV, om. AT. 29. CA *auferet*, V *aufert*. 30. *auferet* A, *aufert* CV. Vix cogitandum est de futuro tempore; ut formae confunderentur, perversa analogia in causa fuit, item elementorum *r* et *e* necessitudo: *fero*, *feris*, *ferit* (*feret*).

Fol. 4 pag. 1.

(Lc. 6. 45) auro proferet
malum.
ex habundantia
enim cordis
os eius loqui
tur.
(46) Quid autem
uocatis me
Domine,
et non facitis
quod dico?
(47) Omnis qui ue
nit ad me et
audit sermo
nes meos
et facit eos,
ostendam uo
bis cui sit simi
lis. (48) similis
est homini
aedificanti do
mum, qui fo
diit in altum,
et posuit fun
damenta su
pra petram;
inundatione

autem facta
inlisum est flu
men domui illi
et non potuit
eam mouere,
fundata enim
erat supra pe
tram.
(49) qui autem audit
et non facit,
similis est ho
mini aedifican
ti domum suam
supra terram
sine fundamen
to, in qua inli
sus est fluui
us, et continuo
cecidit,
et facta est rui
na domus illi
us magna
(7, 1) VI Cum autem
implesset
omnia uerba
sua in aures
plebis,

45. C *proferet*, AV *profert*, *eius* C, om. AVT. 46. C *quod*, AVT *quae*. 48. C *cui sit similis*, AV *cui similis sit*, CA *fundamenta*, V *fundamentum*, *fodiit* CA, *fodit* V, C *inlisum*. 49. *facit* CV, *fecit* A, C *inlisus*. 7, 1. *VI* C.

Fol. 4 pag. 2.

(Lc. 7. 1) . . . trarit in . .
pharnaum.
(2) centurionis au
tem cuiusdam
seruus male
habens erat
moriturus,
qui illi erat
praetiosus.
(3) et cum audis
set de Iesu,
misit ad eum
seniores iu
daeorum,
rogans eum ut
ueniret et sal
uaret seruum
eius. (4) at illi
cum uenissent
ad Iesum,
rogabant eum
sollicite di
centes ei,
quia dignus est,
ut hoc ei praes
tes. (5) diligit
enim gentem

nostram,
et sinagogam
ipse aedifica
uit nobis.
(6) Iesus autem ibat
cum illis.
et cum iam non
longe esset
a domo,
misit ad eum
centurio ami
cos dicens:
Domine, noli uexari;
non enim dignus
sum, ut sub tec
tum meum
intres.
(7) propter quod
et me ipsum
non sum dignum
arbitratus, ut
uenirem ad te,
sed dic uerbo,
et sanabitur
puer meus.
nam et ego homo
sum sub potes

7, 1. CT *in;* AV om. 2. C. *praetiosus*. 4. littera *t* ni fallor in rasura, videtur *ad* fuisse. C *ei praestes*, AV *illi praestes*. CA *dignus sum*, V *sum dignus*. 7. C *probter*.

Fol. 5 pag. 1.

(Lc. 5. 8) tate constitu
tus, habens
sub me milites,
et dico huic: ua
de, et uadit,
et alio: ueni, et
uenit, et ser
uo meo: fac hoc,
et facit.
(9) quo audito Iesus
miratus est,
et conuersus
sequentibus
se turbis dixit:
amen dico uobis,
nec israhel
tantam fidem
inueni.
(10) Et reuersi, qui
missi fuerant,
domum,
inuenerunt ser
uum, qui lan
guebat, sanum.
(11) Et factum est,
deinceps ibat
Iesus in ciuitatem,

quae uocatu(r)
naim,
et ibant cum
illo discipuli
eius et turba
copiosa.
(12) cum autem ap
propinquaret
porte ciuitatis,
ecce defunctus
efferebatur
filius unicus
matri suae,
et haec uidua
erat.
et turba ciuita
tis multa cum
illa.
(13) quam cum uidis
set Dominus, mise
ricordia motus
super ea
dixit illi: noli
flere,
(14) et accessit et
tetigit loculum.
hi autem, qui por

8. CA *alio*, V *alii*. 9. Videtur *in* fuisse, quod habent VAT, sed *in* erasum est; C item praepositionem omittit. 10. C *languebat*, AT *languerat*. 11. C *Iesus*, om. AVT. 11. CA *illo*, V *eo*. 12. *portae* C, *ecce* CV, *et ecce* AT, *matri* CT, *matris* AV. 13. CA *ea*, V *eam*. 14. C *hii*.

Fol. 5 pag. 2.

(Lc. 7. 14) . . . abant, stete
runt, et ait:
adulescens!
tibi dico: surge!
(15) et resedit qui
erat mortu
us, et coepit
loqui, et de
dit illum ma
tri suae.
(16) accepit autem
omnes timor,
et magnifica
bant Deum dicen
tes, quia pro
pheta magnus
surrexit in no
bis, et quia Deus
uisitauit ple
bem suam.
(17) Et exiit hic
sermo in uni
uersam iudae
am de eo
et in omni circa
regione.
(18) Et nuntiaue . . .

iohanni disci
puli eius de om
nibus his,
(19) et conuocauit
duos de disci
pulis suis io
hannes, et mi
sit ad Iesum
dicens:
tu es qui uentu
rus es, an alium
expectamus?
(20) cum autem ue
nissent ad eum
uiri, dixerunt:
iohannes baptis
ta misit nos
ad te dicens:
tu es qui uentu
rus es, an alium
expectamus?
(21) in ipsa autem
hora curauit
multos a lan
guoribus
et plagis
et spiritibus

17. *in omni circa regione* C, *in omnem regionem* AV, *ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ* T. 20. *babtista* C. 21. sic CAT, *multos curauit* V.

Fol. 6 pag. 1.

. . . .
. . . .
. . . .

(Lc. 7. 34) et dicitis: ecce
homo deuora
tor et bibens
uinum,
amicus publica
norum et pec
catorum,
(35) et iustificata
est sapientia
ab omnibus
filiis suis.
(36) Rogauit autem
illum quidam
de pharisaeis,
ut manduca
ret cum illo.
et ingressus
domum pha
risaei discubu
it, (37) et ecce
mulier, quae
erat in ciuita
te peccatrix,
ut cognouit

. . . .
. . . .
. . . .
attulit alaba.
trum unguen
ti, (38) et stans
retro secus
pedes eius
lacrimis coe
pit rigare pe
des eius,
et capillis capi
tis sui tergebat,
et osculabatur
pedes eius,
et unguento
unguebat.
(39) uidens autem
pharisaeus,
qui uocauerat
eum, ait intra
se dicens:
hic, si esset pro
pheta,
sciret utique,
quae et quales
est mulier

36. *rogauit* C, rogabat AV. 39. in *quales* ultima et penultima littera capitalis est; CVA *qualis*; *qualis mulier esset* A.

Fol. 6 pag. 2.

. . . .
. . . .
. . . .

(Lc. 7. 40) dens Iesus dixit
ad illum:
simon, habeo
tibi aliquid
dicere.
et ille dixit: ma
gister, dic.
(41) duo debitores
erant cuidam
feneratori,
unus debebat
denarios
quingentos
et alius quinqua
ginta. (42) non ha
bentibus illis,
unde redde
rent, donauit
utrisque.
quis ergo eum
plus diligit?
(43) respondens
simon dixit:
aestimo quia

. . . .
. . . .
. . . .
recte indicasti,
(44) et conuersus
ad mulierem
dixit simoni:
uides hanc mu
lierem?
intraui in domum
tuam, aquam
pedibus meis
non dedisti,
haec autem
lacrimis riga
uit pedes me
os et capillis
suis tersit;
(45) osculum mihi
non dedisti,
haec autem, ex
quo intrauit,
non cessauit
osculari pe
des meos;
(46) oleo caput me
um non unxisti,

40. *at ille dixit* C, *at ille ait* AV. 41. *feneratori* C, *faeneratori* A. 42. *diligit* C, *diliget* AT. 45. *intraui* CT, *intrauit* AV.

Fol. 7 pag. 1.

. . . .
. . . .
(Lc. 7.46) xit pedes me
os. (47) propter
quod dico tibi:
remittuntur
ei peccata mul
ta, quoniam
dilexit mul
tum;
cui autem minus
dimittitur,
minus diligit.
(48) dixit autem ad
illam: remit
tentur tibi
peccata.
(49) et coeperunt
qui simul ac
cumbebant
dicere intra se:
quis est hic, qui
etiam peccata
dimittit?
(50) dixit autem ad
mulierem:
fides tua te sal

. . . .
. . . .
(8.1) Et . . . .
deinceps
et ipse iter f
ciebat per ci
uitatem et
castellum,
praedicans et
euangelizans
regnum Dei.
(2) et exierunt
duodecim
cum illo,
et mulieres
aliquae, quae
erant curatae
ab spiritibus
malignis et
ab infirmita
tibus,
maria quae uo
cabatur mag
dalenae,
de qua daemo
nia septem
exierant,

47. *probter* C, *remittuntur* CV, *remittentur* A. 48. *remittuntur* AV, et nisi fallor C. 49. *accumbebant* CV, *discumbebant* A. 8.2. *ciuitatem et castellum* CAT, *ciuitates et castella* V, *et exierunt duodecim* C, *et duodecim*, omisso verbo, ATV. 2. *ab spiritibus . . . et ab . . .* C; *ab spiritibus et* (omissa praepositione) A, *a spiritibus et* (om. praep.) V, *uocabatur* C, *uocatur* AV, *ἡ καλουμένη T*, *magdalene* CAV, *daemonia septem* CAT, *septem daemonia* V.

Fol. 7 pag. 2.

. . . .
. . . .
. . . .
(Lc. 8. 3) . . dis . . . .
susanna
et aliae multae,
quae et minis
trabant ei de
facultatibus
suis.
(4) Cum autem
turba plurima
conuenisset
et de ciuitatibus
properarent
ad eum,
dixit per simili
tudinem ad
illos:
(5) exiit qui semi
nat seminare
semen suum,
et dum seminat,
aliud cecidit
secus uiam
et conculca
tum est.

. . . .
. . . .
. . . runt illud,
(6) et aliud cecidit
supra petram,
et natum aruit,
quia non habe
bat umorem,
(7) et aliud cecidit
inter spinas,
et simul exor
tae spinae
suffocauerunt
illud,
(8) et aliud cecidit
in terram bonam,
et ortum fecit
fructum cen
tuplum.
haec dicens
clamabat:
qui habet aures
audiendi audiat.
(9) interrogabant
autem eum
discipuli eius,
quae esset

3. *quae et* C, *quae* VA, *ei* CV, *eis* AT. 4. *conuenisset* C, *conueniret* A, *conuenirent* V, *ad illos* C, om. AV, *πρὸς αὐτοὺς* in quibusdam apud T.; cf. variet. lect. 6. *supra* CV, *super* A. 7. *inter* CV, *secus* A.

Fol. 8 pag 1.

(Lc. 8. 21) dens dixit
ad eos:
mater mea et
fratres mei
hii sunt, qui
uerbum Dei au
diunt et faci
unt.
(22) Factum est au
tem in una die
rum,
et ipse ascen
dit in nauiculam,
et discipuli eius,
et ait ad illos:
transfrete
mus trans
stagnum,
et ascenderunt.
(23) nauigantibus
autem illis
obdormiit,
et descendit
procella uenti
in stagnum,
et compleba
tur nauicula

fluctibus,
et periclita
bantur.
(24) accedentes
autem susci
tauerunt eum
dicentes:
praeceptor,
perimus,
at ille surgens
increpauit
uentum et
tempestatem
aquae.
et cessauit,
et facta est
tranquillitas
magna.
(25) dixit autem il
lis: ubi est fi
des uestra?
qui timentes
mirati sunt
dicentes
ad inuicem:
quis putas hic
est, quia uentis

21. *hii* C. 22. *in nauiculam* VT, *in una nauicula* A, *in nauicula* C. 23. *nauigantibus autem* CAT, *et nauigantibus* V, *obdormiit* C, *obdormiuit* AV, *complebatur nauicula fluctibus* C, unum *complebantur* AVT. 24. *magna* C, *γαλήνη T*, *tranquillitas* AV. 25. *dicentes ad inuicem* CAT, *ad inuicem dicentes* V, *uentis imperat et mari* CT, *et uentis imperat et mari* A, *et uentis et mari imperat* V.

Fol. 8 pag. 2.

(Lc. 8. 25) . . . perat et
mari et oboe
diunt ei?
(26) enauigauerunt
autem ad re
gionem gera
senorum,
quae est trans
fretum con
tra galilaeam.
(27) et cum egres
sus esset ad
terram,
occurrit illi
uir quidam,
qui habebat
daemonium
iam tempori
bus multis,
et uestimento
non indueba
tur, neque in
domo mane
bat, sed in mo
numentis.
(28) is, ut uidit Iesum,
procidit ante

illum,
et exclamans
uoce magna
dixit:
quid mihi et tibi
est, Iesu fili Dei
altissimi?
obsecro te ne
me torqueas.
(29) praecipiebat
enim spiritui
inmundo, ut
exiret ab ho
mine.
multis enim
temporibus
arripiebat illum,
et uinciebatur
catenis et com
pedibus custo
ditus,
et ruptis uincu
lis agebatur
a daemonio
in loca deser
ta. (30) interroga
uit autem

26. *enauigauerunt autem* CA, *et nauigauerunt* V, *καὶ T*, *trans fretum* abest a VT. 29. *loca deserta* C, *deserta* AV.

Fol. 9 pag. 1.

(Lc. 9. 30) illum Iesus di
cens: quod ti
bi nomen est?
at ille dixit:
legio,
quia intrauerunt
daemonia
multa in eum.
(31) et rogabant il
lum ne impe
raret illis,
ut in abyssum
irent.
(32) erat autem ibi
grex porcorum
multorum
pascentium
in monte,
et rogabant eum,
ut permitte
ret eos in illos
ingredi.
et permisit il
los. (33) exierunt
ergo daemo
nia ab homine,
et intrauerunt

in porcos,
et impetu abi . .
grex per prae
ceps in stagnum
et suffocatus
est. (34) quod ut
uiderunt fac
tum qui pas
cebant, fugerunt
et nuntiauerunt
in ciuitatem
et in uillas.
(35) exierunt autem
uidere quod
factum est,
et uenerunt
ad Iesum,
et inuenerunt
hominem se
dentem, a quo
daemonia
exierant,
uestitum ac
sana mente
ad pedes c . . . .
et timuerunt.
(36) nuntiauerunt

30. *intrauerunt* C, *intrauerant* AV. 31. *illum* CV, *eum* A. 32. *eos* C, *eis* AVT, *permisit illos* C, *permisit illis* AVT.

Fol. 9 pag. 2.

(Lc. 9. 36) . . tem illis
. qui uiderant,
quomodo sa
nus factus es
set a legione
is qui a daemoni
is erat uexatus.
(37) et rogauerunt
illum omnes
multitudo
regionis gera
senorum,
ut discederet
ab ipsis,
quia timore
magno tene
bantur.
Ipse autem as
cendens nauem
reuersus est.
(38) et rogabat illum
uir a quo dae
monia exie
rant, ut cum
eo esset.
dimisit autem
eum Iesus dicens:

(39) redi in domum
tuam et narra,
quanta tibi fe
cerit Deus.
et abiit per uni
uersam ciui
tatem prae
dicans, quanta
illi fecisset
Iesus.
(40) Factum est
autem cum
redisset Iesus
de terra gera
senorum, ex
cepit illum
turba.
erant enim om
nes expectan
tes eum.
(41) et ecce uenit
uir, cui nomen
iairus,
et ipse princeps
synagogae
erat, et ceci
dit ad pedes

36. ὁ δαιμονισθείς *T; is qui a daemoniis erat uexatus* C; AV haec verba non habent. 37. *omnes* C, *omnis* VAT, *timore magno* CAT, *magno timore* V, *nauem* CA, *nauim* V. 39. *fecerit* C, *fecit* AV, *in domum* CV, *domum* A. 40. *de terra gerasenorum* C, verba absunt ab AVT.

Fol. 10 pag. 1.

. . . .
. . . .
. . . .
(Lc. 8. 54) esset,
ipse autem te
nens manum
eius clama
uit dicens:
puella surge!
(55) et reuersus
est spiritus eius,
et surrexit
continuo,
et iussit illi
dari mandu
care.
(56) et stupuerunt
parentes eius,
quibus prae
cepit, ne ali
cui dicerent,
quod factum
erat.
(Lc. 9. 1) Conuoca
tis autem
duodecim
apostolis

. . . .
. . . .
. . . .
super . . . . . .
daemonia,
et ut languo
res curarent,
(2) et misit illos
praedicare
regnum Dei
et sanare infir
mos.
(3) Et ait ad illos:
nihil tuleritis
in uia,
neque uirgam,
neque peram,
neque calcia
menta,
neque panem,
neque pecuniam,
neque duas
tunicas habe
atis,
(4) et in quamcum
que domum
intraueritis,

3. *neque calciamenta* C, quod abest ab AVT.

Fol. 10 pag. 2.

. . . .
. . . .
. . . .
(Lc. 9. 5) . . . per int
. . os, exeuntes
de ciuitate illa,
etiam pulue
rem pedum
uestrorum
excutite in tes
timonium su
pra illos.
(6) Egressi autem
circumibant
per castella
et ciuitates
euangelizantes
et curantes
ubique.
(7) Audiuit autem
herodes te
trarcha om
nia, quae fie
bant ab eo,
et hesitabat
eo quod dice
retur (8) a quibus

. . . .
. . . .
. . . .
a quibusdam
uero, quia heli
as apparuit,
ab aliis autem,
quia propheta
unus de anti
quis surrexit.
(9) et ait herodes:
iohannem ego
decollaui;
quis autem est
iste, de quo au
dio ego talia?
et quaerebat
uidere eum.
(10) Et reuersi
apostoli nar
rauerunt illi
omnia, quae
cumque fece
runt.
Et adsumptis
illis secessit
seorsum

6. *circumibant* CA, *circuibant* V. *et ciuitates* C, absunt haec uerba ab AVT. 7. *hesitabat* C. 9. prior *l* in *decollaui* erasa. *audio ego talia* CA, *ego talia audio* V, ἀκούω τοιαῦτα *T.*

Fol. 11 pag. 1.

. . . .

. . . .

(Lc. 9. 10) bethsaidae.
(11) quod cum cog
nouissent
turbae, secu
tae sunt illum.
et excepit illos
et loquebatur
illis de regno
Dei, et eos, qui
cura indige
bant, sanabat.
(12) Dies autem
coeperat de
clinare,
et accedentes
duodecim
discipuli eius
dixerunt illi:
demitte turbas,
ut euntes in
castella uil
lasque, quae
circa sunt, de
uertant et in
ueniant escas.

. . . .

(13) ait autem ad . .
los: uos da . . . .
illis manduca
re. at illi dixe
runt: n . .
nobis plus qu . .
quinque panes
et duos pisces.
nisi forte nos
eamus et ema
mus in omnem
hanc turbam
escas.
(14) erant autem
fere uiri quin
que milia.
ait autem ad dis
cipulos suos:
facite illos dis
cumbere per
conuiuia quin
quagenos.
(15) et ita fecerunt
et discumbere
fecerunt.

11. *illos* CA, *eos* V. 12. *duodecim discipuli eius* C, *duodecim* AVT, *demitte* C, *dimitte* AV, *duos* C, *duo* AV.

Fol. 11 pag. 2.

. . . .

. . . .

(Lc. 9. 16) . uobus pisci.
us, respexit
in caelum
et benedixit il
lis et fregit
et distribuit
discipulis su
is, ut ponerent
ante turbas.
(17) et manducaue
runt omnes
et saturati sunt,
et sublatum
est, quod su
perfuit illis,
fragmentorum
cophini duo
decim.
(18) Et factum est,
cum solus es
set orans,
erant cum il
lo et discipu
li, et interro
gauit illos:

. . . .

esse turbae?
(19) at illi respon .
derunt
et dixerunt:
iohannen baptis-
tam, alii autem
heliam,
alii quia prophe
ta unus de pri
oribus surre
xit. (20) dixit au-
tem illis:
uôs autem
quem me esse
dicitis?
respondens
simon petrus
dixit: Christum Dei.
(21) At ille incre
pans illos
praecepit, ne
cui dicerent,
hoc dicens,
quia oporteret
filium homi

19. *iohannen* C, *iohannem* AV, *alii quia propheta unus* CA, *alii uero quia unus propheta* V, *ἄλλοι δὲ ὅτι προφήτης τις.*

Fol. 12 pag. 1.

(Lc. 9. 33) et unum heliae,
nesciens quid
diceret.
(34) haec autem il
lo loquente
facta est nubes
et obumbra
uit eos, et ti
muerunt.
et intrantibus
illis in nubem
(35) et uox facta est
de nube dicens:
hic est filius
meus dilectus!
ipsum audite!
(36) et dum fieret
uox, inuentus
est Iesus solus,
et ipsi tacuerunt
et nemini dixe
runt in illis
diebus quic
quam ex his,
quae uiderant.
(37) Factum est
autem inseq,uendi

die descen
dentibus illi . .
de monte
occurrit illis
turba multa,
(38) et ecce uir de
turba excla
mauit dicens:
magister ob
secro te! respi
ce in filium
meum, quia
unicus est mihi,
(39) et ecce spiritus ap
praehendit
illum,
et subito cla
mat et elidit
et dissipat eum
cum spuma,
et uix discedit
dilanians eum,
(40) et rogaui disci
pulos tuos,
ut eicerent il
lum, et non
potuerunt.

33. *heliae* CA, *Eliae* V. 34. *et intrantibus* C, AC *intrantibus*. 36. *quicquam* CA, *quidquam* V, *occurrit illis* CV, *illi* AT. 37. sic pro *in sequenti*, quod habet C. 39. *appraehendit* C, *illum et* CA, *eum et* V.

Fol. 12 pag. 2.

(Lc. 9. 41) . . spondens au
tem Iesus dixit:
O generatio in
fidelis et per
uersa!
usque quo ero
apud uos
et patiar uos!
adduc huc fili
um tuum!
(42) et cum accede
ret, elisit il
lum daemo
nium
et dissipauit.
(43) et increpauit
Iesus spiritum inmun
dum et sana
uit puerum
et reddidit il
lum patri eius.
(44) Stupebant au
tem omnes
in magnitudi
ne Dei.
Omnibusque
mirantibus

in omnibus, quae
faciebat,
dixit ad discipu-
los suos:
ponete uos in
cordibus ues
tris sermones
istos! filius
enim hominis
futurum est ut
tradatur
in manus ho
minum.
(45) At illi ignorabant
uerbum istud,
et erat uelatum
ante eos,
ut non sentirent
illud,
et timebant
interrogare
eum de hoc
uerbo.
(46) Intrauit autem
cogitatio in
eos, quis eorum
maior esset.

41. *respondens autem* CVT, *respondens* A. *adduc huc* CVT, *adduc* A. 44. *ponete* C, *ponite* A; in fragm. Norimb. I correctum est ex E, *futurum* CV, *futurus* A. 45. *interrogare eum* CAT, *eum interrogare* V et codd. quidam, de quibus dixit Tischend. 45. *t* in *at* in rasura.

Fol. 13 pag. 1.

(Lc.9.47) ad Iesus uidens
cogitationes
cordis illorum,
appraehendens
puerum sta
tuit eum secus
se, (48) et ait illis:
quicumque sus
ceperit puerum
istum in nomi
ne meo, me re
cipit, et qui
cumque me
receperit,
recepit eum,
qui me misit.
nam qui minor
est inter uos
omnes, hic ma
ior est.
(49) Respondens au
tem iohannes
dixit:
praeceptor,
uidimus quen
dam in nomine
tuo eicientem
daemonia,
et prohibuimus
eum, quia non
sequitur no
biscum.
(50) et ait ad illum
Iesus: sinite eum,
et nolite pro
hibere.
qui enim non est
aduersum uos,
pro uobis est.
(51) Factum est
autem, dum
compleren
tur dies ad
sumptionis
eius,
et ipse faciem
suam firma
uit, ut iret
hierusalem,
(52) et misit nunti
os ante con
spectum suum,
et euntes intra
uerunt in ciui

47. *at* CA, *appraehendens puerum statuit eum* CA (nisi quod A *adprehendens*), *apprehendit puerum et statuit illum* V, T participium habet. 48. *me recepit et quicumque me receperit recepit eum* C, *me recipit et quicumque me recepit recipit eum* A, *recipit . . . receperit . . . recipit* V, *δέχεται . . . δέξηται . . . δέχεται T*. 49. *praecebtor* C. 50. *sinite eum et* C, AVT non habent. 51. *adsumptionis* C, *hierusalem* CA, *in h.* VT.

. . . .

Fol.14p.1. (Lc.10.11) dibus nostris,
extergimus
in uos;
tamen hoc sci
tote, quia ap
propinquauit
in uos regnum
Dei; (12) dico autem
uobis,
quia sodomis
in die illa re
missius erit,
quam illi ciui
tati.
(13) Vae tibi cora
zain, uae tibi
bethsaida,
quia si in tyro
et sydone
factae fuis
sent uirtutes,
quae in uobis
factae sunt,
olim in cilicio
et cinerem
(14) uerumtamen
et tyro et si
doni remissi
us erit in iudi
cio, quam uo
bis.
(15) et tu, caphar
naum, usque
in caelum
exaltata es,
usque ad infer
num demer
geris.
(16) Qui uos audit,
me audit,
et qui uos sper
nit, me sper
nit; qui autem
me spernit,
spernit eum,
qui me misit.
(17) Reuersi sunt
autem septu
aginta duo
cum gaudio

11. *in pedibus nostris* C, abest ab AV, *εἰς τοὺς πόδας T*. 11. *appropinquauit* CV, *appropiauit* A, *in uos* C, abest ab AVT. 12. *autem* CT, non habent AV. 13. *corazain* CA, *corozain* V, *in uobis factae* CA, *factae sunt in* VT, *et cinerem* C. 14. *et tyro* CV, *tyro* AT. 15. *in caelum* CA, *es* C, abest ab AV. 16. *me misit* CA, *misit me* VT. 17. *sebtuaginta* C.

Fol. 13 pag. 2.

(Lc.9.52) uitatem sama
ritanorum,
ut pararent
illi, (53) et non re
ceperunt eum,
quia facies eius
erat euntis
hierusalem.
(54) cum uidissent
autem discipu
li eius iacobus
et iohannes,
dixerunt:
Domine, uis dicimus,
ut ignis descen
dat de caelo
et consumat
illos?
(55) et conuersus
increpauit il
los et dixit:
nescitis, cuius
spiritus estis;
(56) filius hominis
non uenit ani
mas perdere,
sed saluare.
et abierunt
in aliud castel
lum.
(57) Factum est au
tem, ambulan
tibus illis in uia,
dixit quidam
ad Iesum:
sequar te quo
cumque ieris.
(58) et ait illi Iesus:
uulpes foueas
habent
et uolucres
caeli nidos,
ubi requiescant.
filius autem
hominis non
habet, ubi caput
reclinet.
(59) Ait autem ad
alterum: se
quere me;
ille autem dixit:
Domine, permitte
mihi primum
ire et sepelire

52. *uitatem* fragm. Norimb. 55. *et dixit* CA, *dicens* V, qui e graecis locum habent, verbo finito utuntur. 57. *ad Iesum* C, ad illum AVT. 58. *et ait* CA, *dixit* V, *καὶ T*, *nidos ubi requiescant* C, *nidos* AV, *κατασκηνώσεις T*.

. . . .

Fol.14p.2. (Lc.10.17) monia subici
untur nobis
in nomine tuo.
(18) et ait illis Iesus:
u . . . bam sata
nan sicut ful
gur de caelo
cadentem.
(19) ecce dedi uobis
potestatem
calcandi su
pra serpen
tes et scorpi
ones
et supra omnem
uirtutem
inimici,
et nihil uos no
cebit.
(20) uerumtamen
in hoc nolite
gaudere, quia
spiritus uobis
subiciuntur;
gaudete autem
ta sunt in cae
lis.
(21) In ipsa hora
exultauit
Iesus in spiritu sancto
et dixit: con
fiteor tibi, pa
ter,
domine caeli et
terrae, quod
abscondisti
haec a sapien
tibus et pru
dentibus
et reuelasti ea
paruulis.
etiam, pater,
quia sic placu
it ante te.
(22) Omnia mihi
tradita sunt
a patre meo,
et nemo scit quid
sit filius, nisi pater,
et qui sit pater, nisi
filius.

18. *Iesus* C, abest ab AVT, *satanan* CA. 19. *supra omnem* CA, *super* V, *omnem* videtur in Norimb. fuisse; nunc lineola, quae *m* indicat, vix agnoscitur, *uos nocebit* C, *uobis* AV; in T accusativus. 20. *scribta* C. 21. *Iesus* C, abest ab AVT, *dixi* C, *quia* CA, *quoniam* V. 22. *meo* abest ab A, *filius* infra additum est a correctore, *quid sit filius . . . qui sit pater* C, *qui sit* utroque loco A, *quis* utroque loco V, *τίς T*.

Fol. 15 pag. 1.

. . . .
. . . .
. . . .

(Lc. 10. 23) Et conuersus
ad discipulos
suos dixit:
beati oculi, qui
uident, quae
uos uidetis.
(24) dico enim uobis,
quod multi
prophetae
et reges uolu
erunt uidere,
quae uos uide
tis, et non ui
derunt,
et audire, quae
audistis,
et non audierunt.
(25) Haec eo dicen
te, ecce quidam
legis peritus
surrexit
temptans illum
et dicens:
magister,

. . . .
. . . .
. . . .

bo? (26) at il . .
dixit ad e . .
in lege quid s . . . .
tum est?
quomodo legis?
(27) ille respon
dens dixit:
diliges Dominum
Deum tuum
ex toto cor
de tuo, et ex
tota anima tua,
et ex omnibus
uiribus tuis,
et ex omni mente
tua, et proxi
mum tuum
sicut te ipsum.
(28) dixitque illi
Iesus:
recte respon
disti; hoc fac
et uiues.
(29) Ille autem

23. *uos* CV, non est in AT. 24. *audistis* C, *auditis* AVT. 25. *haec eo dicente, ecce* C, *et ecce* AVT, *tembtans* C. 25. *eum* A, *illum* CA. 26. *scribtum* C. 28. *Iesus* C, abest ab AVT.

Fol. 15 pag. 2.

. . . .
. . . .
. . . .

(Lc. 10. 29) . . is est me . .
proximus?
(30) . uspiciens au
tem Iesus dixit:
homo quidam
descendebat
ab hierusalem
in hiericho
et incidit in la
trones,
qui etiam de
spoliauerunt
eum, et pla
gis inpositis
abierunt se
miuiuo relic
to. (31) accidit
autem, ut sa
cerdos quidam
descenderet
. eadem uia,
et uiso illo
praeteribit.
(32) similiter

. . . .
. . . .
. . . .

et uideret eum,
pertransiit;
(33) samaritanus
autem quidam
iter faciens
uenit secus eum,
et uidens eum
misericordia
motus est,
(34) et appropians
alligauit
uulnera eius,
infundens ole
um et uinum,
et inponens il
lum in iumen
tum suum
duxit in stabu
lum, et curam
eius egit,
(35) et altera die
protulit du
os denarios
et dedit stabu

30. *suspiciens* CA, *suscipiens* AVT (ὑπολαβών), *ab hierusalem* C. 31. *praeteribit* C. 32. *pertransiit* CV, *transiit* A. 33. *iter faciens* CV, *transiens* A.

Fol. 16 pag. 1.

(Lc. 11. 5) quis uestrum
habebit ami
cum,
et ibit ad illum
media nocte
et dice . . t illi:
amice,
commoda mihi
tres panes,
(6) quoniam ami
cus meus
uenit de uia
ad me,
et non habeo,
quod ponam
ante illum.
(7) et ille de intus
respondens
dicat:
noli mihi mo
lestus esse,
iam ostium
clausum est,
et pueri mei
mecum sunt
in cubili;
non possum

surgere e . . .
re tibi.
(8) et ille si per
seuerauerit
pulsans,
dico uobis,
et si non dabit
illi surgens
eo quod amicus
eius sit,
propter inpro
bitatem
tamen eius
surget et da
bit illi
quodquod ha
bet necessa
rios.
(9) Et ego uobis
dico, petite,
et dabitur
uobis,
quaerite, et in
uenietis,
pulsate, et ape
rietur uobis.
(10) omnis enim

5. *dicet* CAV, in Norimb. duae litterae erasae sunt. 7. *respondens* CT, om. A. 8. *ille si* CA, *si ille* V, *probter* C, *quodquod* C. 9. *uobis dico* CAT, *dico uobis* V.

Fol. 16 pag. 2.

. . . petit acci.
it, et qui quae
rit inuenit,
et pulsanti
aperietur.
(11) quis autem
ex uobis patrem
petet panem,
numquid lapi
dem dabit illi?
aut piscem
si petit, num
quid pro pis
ce serpentem
dabit illi?
(12) aut si petierit
ouum,
numquid por
riget illi scor
pionem?
(13) si ergo uos, cum
sitis mali,
nostis bona da
ta dare filiis
uestris,
quanto magis
pater uester

de caelo da
bit spiritum bonum
petentibus se?
(14) Et erat eiciens
daemonium,
et illud erat
mutum,
et cum eiecis
set daemoni
um, locutus
est mutus,
et ammiratae
sunt turbae.
(15) Quidam autem
ex pharisaeis
dixerunt:
in belzebub
principem
daemoniorum
eicit daemonia.
(16) Et alii temp
tantes signum
quaerebant
de caelo ab eo.
(17) Ipse autem ui
dit cogitatio
nes eorum

11. *petet* CT, *petit* AV, *aut piscem si petit* C, *aut piscem* V, *aut si piscem* A, *patre* fuit, corrector lineolam addidit. 12. *porrigit* C, *porriget* AVT. 14. *ammiratae* C. 15. *pharisaeis* C, *ex eis* VAT, *principem* C. 16. *quaerebant de caelo* C, *de caelo quaerebant* AVT. 17. *uidit* C, *ut uidit* AV.

Fol.17p.1. clauem scien
(Lc. 11. 52) tiae; ipsi non
introistis,
et eos, qui intro
ibant, prohibu
istis.
(53) XII Cum haec
ad illos
diceret,
coeperunt pha
risaei et legis
periti graui
ter insistere
et os eius op
primere
de multis (54) insi
diantes ei,
quaerentes
capere aliquid
ex ore eius,
ut accusarent eum.
(12. 1) multis autem
turbis circum
stantibus,
ita ut se inuicem
conculcarent,
coepit dicere
ad discipulos
suos primum.
Attendite
a fermento
pharisaeorum,
quae est ypo
crisis.
(2) Nihil autem
opertum est,
quod non reue
letur,
neque abscon
ditum, quod
non sciatur,
(3) quoniam quae
in tenebris
dixistis,
in lumine dicen
tur, et quod
in aure locuti
estis in cubi
culis, praedi
cabitur in tec
tis. (4) dico autem
